



VValtherus ille ex nobili familia ortus, insigni animi & corporis fortitudine fuit præditus. Itaque aliquoties Cæsar is castra secutus, magnam militiæ laudem adeptus est. Postea sese ad pietatis studia contulit, atque huius mundi fastu cōtempto Deo inferuire statuit. Itaque ex bonis suis nobile illud Sueviæ monasterium Maulbrunn, anno millesimo centesimo quadragesimo octauo fundauit, atque templum & fratum habitationes à fundamen sis extruxit. in eo Guntherum præfulem Spireensem adiutorem habuit. Ibidem Theodoricum virum eruditum & pium primum abbatem constituit, atq; sese ei subiiciens laicus frater factus est. Vnde suis manibus indelinenter laborauit, atque opus illud ad finem perduxit. Cum autem omnia essent finita Arnoldus Treuerensis præfulus 14 Maij anno 1178 templum illud quibusdam ceremonijs magna solennitate dedicauit, atque diuinū officium ibi peregit. In eo loco Vualtherus Deo magna humilitate inseruiens, tandem mortuus & sepultus quiescit. Anon.